

## Pars prima de vniuerso

hoc intellectu ab eis doctrina xpianoru<sup>z</sup>. Quod si quis miretur et querat. qualiter ignis siue afflictio corporalis purgare possit animas humanas. Jam dixi tibi quia et opera viciorum et peccatorum. necnon et delectationes et desideria abradit ab animabus et extinguit in eis afflictio corporalis. et radices euam huiusmodi passionum et operum adeo debilitavit ea durante in actus huiusmodi extire non possunt. Alius modus est satisfactio ut dixi tibi diuine iusticie per supplementu<sup>z</sup> purgationis in vita ista cepte. et quia sicut predixi tibi. leues quedam culpe sunt quasi tenuis sup aspicio animas inquinantes et non profunde atque radicitus inficienes non immerito visu<sup>z</sup> est multis ex doctoribus xpianorum. purgationem ceptam et non perfectam in vita ista in futuro compleri.

Esumam autem questionem qua multi querunt qualiter per corpora torqueri vel affligi possint anime humane que incorpales omnimode sunt. Qui perculdubio sicut supra audiuisti. nec ea que iugiter vident et senscent cognoscere possunt. dum videt animas humanas et iugiter delectari et molestari a corporibus et per illa. Quis enim non videat qualem delectabilia corporalia et inflamat desiderijs animas et irreciant atque captiuant voluptatibus. Similiter et quedam tristibilia contrastant easdem quot enim molestias desideriorum. quot et quantos dolores et cruciatus turpium amoru<sup>z</sup> speciose mulieres ingerant animabus stultoru<sup>z</sup> et interdum animabus etiam sapientu<sup>z</sup> quae non videat. Similiter quanta et qualia paciantur anime auaroru<sup>z</sup> a diuicijs et a divicijs passionibus hoc est corruptionibus et diminutionibus et ab alijs vilitatibus et vilificationibus corporibus quis explicare vel enarrare sufficiat. Quanque videri possint alicui pene contumeliarum et obprobrioru<sup>z</sup> spirituales quae non alia decensa eis videtur forsitan. nisi quia in animabus sunt et propter hanc causam videri debet eis quae omnes delectationes et tristie nostre spirituales sunt cum in animabus nostris solummodo sint. possibile tamen est huiusmodi penas aliquas spirituales esse. Non igitur abhorreant aut misentur. si ignis corporalis aliquis est qui animas humanas et in corporibus et a corporibus separatas torquere valeat cu<sup>m</sup> tan-

ta mirabilia ignium audiunt et plura atque maiora forsitan apud scriptores reru<sup>z</sup> mirabilium mundi et historiographos legere possint. Amplius. Si iuxta legem hebreorum ignis qui prophete ipso sum in rubro apparuit. vel datum vel ablatus est circa naturam suam propria et ipsius rubi vel forsan nouus ignis talis ab omnipotente creatore creatus est tunc qui materialis combustibilem in qua esset non combustureret quomodo non verisimile est ut propter exercendam tantam dei iusticiam talis ignis creatus sit qui torqueri possit animas impiorum et vindicare in eis iniurias deo altissimo interrogatas. Amplius. Si pluua ignis et sulphuris creata fuit a iustissimo creatore propter vindicandam dei pariter et nature iniuriam et contumelias in gentes sodorum. Quantofortius propter omnes iniurias et contumelias dei altissimi fuit creatus ignis qui vniuersaliter omnes vindicet. Nec numero nang nec magnitudine peccata gentis illius comparabilia sunt peccatis omnium. qui extremo et vniuersali iudicio in infernu detinendi sunt. Amplius. Si creator dedit aquis maris rubri ut contra naturam omnium aquarum et propriam se diuiderent et aperirent viam secundum prebentes populo hebreorum ab egypto exiuntium. quanto fortius pensato honore et gloria ipsius necnon et pulchritudine et bonitate iusticie sue dedit igni contra naturam aliorum ignium et propriam virtutem torquendi animas eorum quos inimicos suos reputat.

Amplius. Si pro flagelladis egyptiis genere scilicet impia miscuit pluuiam ignis et grandinis et ignem in aqua ardere fecit. quanto fortius propter torquendis vniuersis impius tale aliquid ac maiora et mirabilia facere decet iusticiam ipsius. Amplius. si hanc virtutem dedit ventri strutinis ut ferrum frigidum atque durissimum conquat in nutrimentum corporis ipsius strutonis quid mirum si dedit igni virtutem animas sic torquendi. Et si econtrario virtutem dedit ventri eiusdem animalis via ferro ignito nihil visionis aut lesionis alterius paciatur quomodo non potius igni vel alijs corpori dedit vel dabit virtutem. Maxime cum dignus et iustus sit apud ipsum ut corporibus quibus culpabiliter et iniurias atque contumelias creator se subiecerit et hoc ad delectationem subiungit inuiti ad penas